



**Conciones siue Conceptvs Theologici Ac Prædicabiles R.  
D. Petro Bessæi SS Theol. Doct. Reg. Galliar. Oratoris**

De Sanctorum Festiuitatibus Anni totius, & aliis solemnitatibus - Opvs  
Novvum, Figvris, Allegoriis, Similibvs Ex Sacris profanisq[ue] Scriptoribus  
plenißimum, cum occurentium fidei controuersiam tractatione .... Editio  
Qvinta. Nvnc Demvm Integre Svppletæ, Concionibvs Per Octauam Vener.  
Sacramenti ...

**Besse, Pierre de**

**Coloniae Agrippinae, 1629**

In Festo S. Catharinæ Virginis, Et Martyris.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56262](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56262)

IN FESTOS. CATHARINÆ  
VIRGINIS, ET MAR-  
TYRIS.

Partitio.

1. De Virginitatis nobilitate.
2. De comparatione varia trium statuum in-  
ter se.
3. De premio Virginitatis eiusdem.
4. De S. Catharina patria & donis gratui-  
tis.
5. De eiusdem aliis exquisitis actibus.

Simile est Regnum caelorum decem Virgini-  
bus, &c. Matth. 25.

FIGVRA.

Luc. 14.

CVM generosa ac virilis illa vidua Iu-  
dith Holofernem Principem capite  
truncaisset, & vniuersum Assyriorum exerci-  
tum confusione turbatum superasset; omnes  
adeo milites, ac duces, tam præclarum & vi-  
rile à muliebri profectum dextera obstupue-  
runt facinus, simul & erubuerunt à muliere  
vna se subactos; ac nominatim Vago, hinc  
rabie & confusione percitus, & illine actum  
hunc generosum oblituescens, voce è prin-  
cipis tentorio elata, exclamauit: *Vna mulier  
Hebraea fecit confusionem in domo Nabu: hodo-  
sor.* Antiquis relictis historijs, recentiores  
non minus admirabiles recenseamus: Vide-  
bimus namq; facinus longemirabilius, rem  
hactenus nusquam auditam, quam hodie in  
vniuersa qua patet Ecclesia Christiani reco-  
lunt. Tenera namque virguncula scientia &  
animo plena, (animo quidem dum tyran-  
num subigit; scientia vero dum quinquaginta  
in disceptatione Philosophos doctrina il-  
lustres cogit obmutescere) cū Maxentiū re-  
gem superasset, illiusq; simulacra deiecisset;  
ecce vniuersa ciuitas Alexandrina, simul &  
orbis vniuersus stupefcens & admiratione  
plenus exclamauit: *Vna Virgo Christiana fe-  
cit confusionem in domo Maxentij.* De san-

cta loquor Catharina, virgine illa admirabi-  
li, puella illa admirabili, puella illa generosa,  
animo illo masculino & Ecclesiae ornamento.  
Summum illius vt hodie ingenium, profun-  
dam scientiam, insuperabilem animum, san-  
guinis nobilitatem, incomparabilem pati-  
entiam, aliasque illustres eiusdem virtutes  
perspiciatis, Spiritum Patris ad eam, sup-  
plicetque eum obrestentur, gratia nobis vt  
sua auxilietur; Deiparam vero matrem, pre-  
cibus vt suis hanc ipsam obrineat; quam ob-  
rem omnes salutatione Angelica ad hoc fa-  
ciendum illam inuitemus, dicentes:

AVE MARIA.

Sancta virginitas adeo illustris & admi- I.  
rabilis est virtus, vt homines non dico pares, Virginitas  
sed & superiores ac digniores Angelis effi- homines  
ciat; adhuc, si Deo illos non æquet, (quod quæ Ange-  
dicere nefas est) saltem illi quam proxime his.  
faciat accedere. Doctrina hæc verissima est, *Matth. 22.*  
quin imo, velut fidei capita, suscipienda, vt-  
pote in sacra Scriptura fundata, quod testi-  
monij certissimis comprobabo. Quod An-  
gelis hominem æquet, colligas licet ex illis  
Christi verbis: *In resurrectione neque nubent,  
neq; nubentur, sed erunt sicut Angeli Dei in caelo.*  
quem locum sic etiam exponit sanctus Am-  
brosius dicens: *Quid pluribus exequor, inquit, Lib. 1. de  
laudem castitatis? castitas Angelos facit: qui eam virg-  
feruauit, Angelus est; qui perdidit, diabolus.*

Eandem sequitur opinionem S. Cypria- S. Cyprianus  
nus tractatu quem de disciplina & habitu  
Virginum conscripsit: *Cum casta perseueratis,  
inquit, & virgines, Angelis Dei estis aequales.*  
Mellistius Bernardus his subscribit epistola  
ad Henricum Archiepiscopum Senonensem; *Epist. 42. ad  
sic autem scribit: Quid castitate decorius: qua  
mundum de immundo conceptum semine, de hoste  
domesticum Angelum de homine fecit.* *Henricum  
Archiep. Senonens.*

Figura loco erit, quod in Apocalypsi le-  
gere est. Angelum enim gloria & maiestate *Apoc. 19.*  
velatum cum Iohannes cerneret, ecce, ilico  
spiritus huius splendore & fulgore præstri-  
ctus Apostolus, ad pedes illius se parat pro-  
nus abiicere, apparentemq; adorare: sed An-  
gelus humanitate & sapientia plenus hunc  
hono-

honorem admittere detrectat, & impedit dicens: *Vide ne feceris, conseruus exim tuus sum,* paris tecum gradus & conditionis. Ob virginitatem, quæ duobus hisce communis erat, mihi sic verisimile Angelum seruituris ac qualitatis paritate honorare Ioannem voluisse: perinde ac si dixisset: hunc mihi noli honorem deferre, neu de eodem adeo esto sollicitus, fortuna namque pares sumus in virginitate æquales, & nobilitate haud dissimiles. Ego natura, tu castitate es Angelus: quod ego creatione sum, tu quoque ut sis, virtus efficit & corporis integritas; in conditione etiam conuenimus, & eiusdem ambo Dei serui sumus, qui nostrum vtriusque est princeps.

Scio nonnullos, & quidem magni nominis & auctoritatis Sci prores, hanc exponentes visionem, & Angelicæ huius modestiæ humilitatisque rationem reddentes, diuersimode loqui. Docet nonnemo, ob mysterium incarnationis hoc ita factum esse, in quo natura humana adeo est exaltata, diuinitati vt vnita sit, & Deus hominem induens, homo vt Deum induat, efficit. Quod representans & cogitans Angelus hic, qui ante hominibus vclut superior & dignior, ab eisdem adorari solebat, atque idipsum etiam permittebat; hæc permittere post hæc detrectat, hominis dignitatem agnoscit, & patrem se eidem in omnibus haud differtur. Alii alia cogitant, docentque ideo Angelum sibi à Ioanne cultum deferri noluisse, quod sacerdotio hic esset insignitus. Et sane hæc ce dignitas adeo sublimis, alta, atque eminentis est, vt omnes alios longo titulos superet interuallo, & ab ipsis etiam adorari mereatur Angelis. Sunt qui tam demisse se abiecerint Angelum, & hanc prætulisse modestiam volunt, quod Ioannes Apostolus foret; quæ sane dignitas, nescio quid Angelis maius atque eminentius continere videtur. Vnde & Apostolus, hinc occasione forsitan sumpta, gloriatur; quod Angelorum sit & superior, & iudex, & præses futurus, dicens: *Nescitis quia Angelos iudicabimus.* Omnes hæc opiniones aliquatenus sunt verisimiles, & probabiles; sed ipse mihi persuadeo, quod & alii ratione potiore nixi, & ad veritatem pro-

pius accedentes, tradunt, ob virginitatem puritatemque, quæ in sancto hoc Apostolo eximia erat, Angelicum spiritum hunc illi honorem detulisse, atque obtulisse, quo minus, vt alii, se adoraret. Vt hinc nimirum discamus, virginitatem adeo diuinam virtutem esse, vt ab ipsis coli & honoribus afficeretur Angelis, & creaturas commutando, ex hominibus efficiat Angelos, quin adeo iisdem superiores reddat.

Hoc mihi iam probandum incumbit. Ad quod adduco locum illum Isaia, in quo de quodam eunuchorum genere loquens Deus ait: *Dabo eis in domo mea, & in muris meis locum, & nomen melius à filiis & filiabus nomen sempiternum dabo eis quod non peribit.* Quæ Augustinus verba de Virginitate, vt & Ambrosius in exhortatione ad Virgines, S. Hieronymus contra Iovinianum, sanctus Basilius libro de vera virginitate, sanctus Gregorius denique exponunt, & per filios ac filias illas, beatos intelligunt Angelos: cum ergo eo loci virginitatis locus promittatur dignior ac nomen excellentius, quam domesticis Dei, id est Angelis, iisdem haud dubie etiam præpositi videntur.

Iam efficiamus & ostendamus necesse est, quomodo diuina hæc virtus non iam Angelis, sed ipsi Deo ter maximo; non iam creaturis, sed omnium nos conditori assimilaret. Ostendet hoc pro me magnus ille Basilius lib. de vera Virginitate, in quo sic orditur: *Magnum quiddam, inquit, vt vere dicam, est virginitas, incorruptibili DEO, vt summatim dicam, hominem similem faciens.* Certum est autem, regiam hanc virtutem quoddam nobilitatis, non Angelicæ dumtaxat, sed plane diuinæ, signum fronte præferre. Adeo vt Psalmo 2. quo vulgata legit, *Apprehendite disciplinam, alii ex Hebræo legant, Osculamini filium;* alii denique ad sensum nostrum accommodatius, *Adorate puritatem,* id est, virginitatem, quasi diceret sensus, virginitatem sanctam, ceu diuinum quid reuerentia colite, summoque honore ac veneratione prosequimini.

Huc mirifice quadrat, & in confirmationem veritatis adduco, quod de Constantino de Vita Constantini. Magno refert Eusebius, eum scilicet tanti vir-

Mysterium incarnationis homines reddit Angelis digniores.

Sacerdotium Angelis venerabile.

1. Cor. 6.

Lib. d. virg. c. 23.

3 par. pass.

Virginitas Deo hominem similem reddit.

S. Basilius.

Psalm. 2.

Euseb. lib. 4. de Vita Constantini.

ginitatem fecisse, vt omnes quotquot in mundo frangi possunt honores, vnica excepta adoratione soli & vni Deo debita, sacris deferri debere virginibus existimaret. Atque hinc forsitan factum est, vt veteres idolorum cultores inter duodecim signa cœlestia suum virginem esse voluerint locum & in cœlo virginem collocarint, velut rem plane diuinam; hæc quidem sentit D. Hieronymus, aduersus Iouinianum omnis puritatis inimicum scribens.

Est denique virtus plane regia ac diuina, quæ quadam naturâ illata violentia paratur, quæque hominibus terribilis non minus est quam demonibus. In huius rei figuram in Apocalypsi dictum est, virgines in stratorum locuras fuisse, *Et audiui*, inquit Iohannes, *voce[m] de cœlo tamquam voce[m] aquarum multarum, & tamquam voce[m] tonitru[m] magni.* Tonitrua porro, horribiles illi strepitus ac fragores vt formidinem audientibus incutiant; sic & simplex fama ac solus sanctæ ac cœlestis virginis rumor, homines voluptati deditos percillit, ac diabolis tremorem formidinemque incutit.

Omnia hæc exordij ac proœmij loco allata, sunt occasione & in gratiam sanctissimæ cuiusdam Virginis Catharinæ scilicet, producta, cuius omnis Ecclesia hodie festum celebrat, & hoc nobis Euangelium proponit: *Simile est regnum cœlorum decem virginibus, &c.* Circa quod pro more meo & dicendi consuetudine duo dicam; primum virginis paenitentiam agam, deinde merita, perfectiones & præconia magnæ & illustris Virginis Catharinæ celebrabo.

**II.**  
Regnū cœlorum cur decem virginibus, nō autē coniugatis esse dicatur simile.

Quod ad primum ergo attinet, Dico primo, tametsi coniugatorum ac viduarum status illustris sit, laudabilis, honoratus, & in Ecclesia magni fiat, virginalem tamē longe esse digniorem, perfectiorem ac sublimiorem. Confirmationis loco sit, quod in Euangelio Redemptor Ecclesiam non decem maritatis, non toridem viduis, sed decem virginibus assimilet, veluti rei longe excellentiori: vt hoc pacto ad oculum ostendat, quanti virginis ducat, & quo cæteras inter virtutes angelicam hanc dignitatem loco constituat.

Adhæc in parabola de femine dicitur, cum eius pars secus viam cadens ab auibus cœli deuorata esset, alia in petram & ruderosum solum illico arefacta; tertia vero inter vepres ac spinas excresecens exarescens suffocata, partem quartam, quæ in ferax ac felix solum decidit, multiplicato favore progerminasse; vario tamen, vt a Cōiugum, lia tricesimum, alia sexagesimum, centesi viduas & mum denique alia fructum attulerint. Anni- virginitas gmatas ac parabolæ huius interpretes ad vna in pa- triplicem Ecclesiæ statum triplicem hunc rabola fructum referunt, tricesimum coniugata, tis, sexagesimum viduis & continentibus, centesimum denique virginibus attribuen- tes.

Si parum fructus ascribitur coniugibus 1. Cor. 7. (eo quod, teste Apostolo ad Corinthios: *Qui cum uxore est, sollicitus est, quæ sunt mundi, quomodo placeat uxori, & diuisus est;* animo eius terræ tantum, quantum cœlestibus adhaerescere, tam mundano cultui, quam diuino incumbente) viduis sane longe amplius datur, eo quod ab omni negotio rerumque tractatione libera sunt, quo Deo pic fideliterque seruiant, virtutum exercitio incumbant, Sacramenta sapius vsurpent, animum mentemque ad cœlestia dirigant, sanctis piisque operibus vacent, rerumque sanctarum praxi se totas dediceant. Inrelligendum hoc porro de piis sapientibusque viduis, quales Timotheo suo depingit Apostolus dicens: 1. Tim. 7.

*Quæ vere vidua est & desolata, speret in Deum, & in selet obsecrationibus nocte ac die: nam, quæ in delitiis est, viuens mortua est.* Hæc aures Quæ veræ animumque aduertite sæculi nostri viduæ, sint viduæ. hæc Apostoli verba vobiscum accuratius perpendite, videte inquam quales vos esse oporteat. veræ autem estote viduæ, cor & animus viduali respondeant vestri, tam interiorius quam exteriorius viduarum statum exhibete, nulla in vestibus, moribus, actionibus aut verbis vestris eluceat, mundum sapiens dissolutio, nulla vanitas: vere vos esse desolatas ostendatis, vt pote quæ dimidium vestri fato amisistis: consortia ac familiaritates aliarum aliorumque declinetis, a mundo vos subducatis, solitudinem consecrati, Deum noctu & interdium pro marito- rum

Viduis ma-  
ior Deo  
seruendi  
est occasio  
quæ matu-  
monio iun-  
ctis.

Quæ veræ  
sint viduæ.

tum vestrorum animabus, tum pro sobolis  
orbæ conseruatione, tam pro pudicitia  
atque honoris vidualis tuitiōe, quam  
pro tentationum diabolicarum victoriâ, &  
pro patientia demum ad extremum vique  
conseruanda deprecantes. In primis deni-  
que voluptates nolite ambire, delicias non  
queratis, & carnalibus concupiscentijs ha-  
benas minime laxetis; hinc enim vniuersa  
vidualis ornamenti ruina dependet, quin  
corporis simul & animæ interitus perpetuus.

Paulus & Iouan-  
gelista  
pures ha-  
bere reue-  
lationes  
quæ reliqui  
Apostoli  
Epist. ad  
Cor. 11.

Virginitas porro, seu perfectiori, dignio-  
ri, & animam Deo quam maxime assimi-  
lanti statui, centuplum debetur. Hinc nulli  
Apostolorum aut Euangelistarum tot ac  
tam illustres reuelationes, aut ad cœlestia  
raprus contigisse legimus, quot sancto Pau-  
lo & Iouanni Euangelistæ, cuius rei (vt occulta  
Dei iudicia taceam) alia reddi ratio non po-  
test, quam quod ea veriſque virginitas pro-  
merita sit: ambo namque vxorem nescie-  
runt, cum reliqui forte matrimonio fuerint  
iuncti, vt testatur Ambrosius. Adeo vt hinc,  
etsi alia argumenta non haberemus & indi-  
cia euidenter satis pateat, virginitatem me-  
ritis & omni genâ excellentia coniugali sta-  
tui antecellere.

Hanc vt veritatem adstruant, nemo non  
veterum Patrum ac Doctorum allobarat.  
Hinc Diuus Augustinus triplicem illam in  
arca Noe contignationem, de qua Genesis  
6. legimus: *Fac tibi arcam de lignis leuigatis,  
mansuetas in arca facies;* mystice exponens  
mansuetudinem his denotari credit tres Ecce-  
stæ status, matrimonialem, vidualem, ac vir-  
ginealem, & huic postremæ veluti digniori  
ac nobiliori, primum ac supremum adscri-  
bit locum Theophylactus Bulgariæ Archie-  
piscopus, quod inter virgines & coniuga-  
tos est discrimen & intervallum, melius et-  
iam designaturus, hos seu inferiores ac mi-  
noris pretij, argento, illas, seu digniores, au-  
ro assimilat. Eandem comparationem adhi-  
bet etiam sanctus Cyrillus in Catechesibus,  
aitque tantam inter vtrumque hunc statum  
differentiam inueniri, quanta inter aurum  
& argentum, quæ inter reliqua metalla pri-  
mas tenent.

Vterque porro hanc à Diuo Hieronymo  
mutuati similitudinem videntur, qui virgi-  
nitatis aduersus fœdas & impudicas fallacis  
Iouiniani ineptias propugnatorem agens,  
sic loquitur, *Sicut se habent hæc metalla, ferrum,  
argentum, aurum; ita se habent coniugium, vi-  
duitas, virginitas.*

Coniugiū,  
viduitas,  
virginitas,  
ferro, argē-  
to, auro æ-  
quantur.

D. Hier. in  
Iouinian.

Alias aliunde comparationes elicit ad  
hanc ipsam rem exprimentam Diuus Augu-  
stinus dicens: *Sicut se habent stella, luna, sol, ita  
illi tres status.* Stellæ æquatur matrimo-  
nium, viduitas lunæ, soli virginitas: Vt au-  
tem sol, stellarum ac planetarum omnium  
rex est, & splendore ac lumine reliqua ante-  
cellit sidera; sic virtutum reliquarum regina  
est castitas, & perfectione, nobilitate &  
dignitate omnes mundi status antecel-  
lit.

Idem, quem iam ante paulo produxi,  
Hieronymus, idem, sed alijs arque alijs ver-  
bis docet, hac super re ad illustrem virginem  
Eustochium scribens, apud quam virginita-  
tem puritatemque virginalem sic deprædi-  
cat: *Laudo nuptias, sed quia virgines generant,*  
*colligo de spinis rosam; de terra aurum; de concha  
margaritam.* Quibus è verbis, castitatem  
viniū quantum extollentibus, facili ne-  
gorio colligere est, ab illustri hoc doctore  
gemmis, auro, rosa virginitatem, concha-  
vero, terræ ac spinis matrimonium compa-  
rari.

Epist. ad Eus-  
tochium.

Eandem rem extollens eloquentiæ san-  
ctæ decus Chrysostomus; eiusdem item est  
opinionis, & virginitatem sic dilaudat. *Virgi-  
nitas multo est matrimonio, & si placet, quanto  
etiam melior sit, addam, quanto scilicet cœlum  
terra, quanto hominibus Angelis.* Nec vero hy-  
perbolice hic locutus est, aut rem vltra quæ  
mereatur exaggerando, sed puram puramque  
veritatem sincere dixit: hinc proinde colli-  
gamus licet, tantum matrimonium terrestre  
esse, quantum virginitas cœlestis ac diuina;  
simul & veritatem prouerbij illius vulgati,  
per Virginitatem cœlum, per matrimonium  
terram incolis repleti.

Lib. de virg.  
c. 10.

Virginitas  
cœlum, ma-  
trimonium  
terram repleta.

Suum hic etiam symbolum adferens fan-  
ctus Iouannes Damascenus, hanc depromit  
sententiam; *Coelibatus vitam imitatur Ange-  
lorum; ex quo fit, vt quantum Angelus hominem*

Lib. 4. fid. c. 25.

antececidit, tantum quoque, Virginitas matrimonio præstat, ac si dicat, quod inter homines & Angelos quoad perfectionem & nobilitatem est discrimen, ipsum inter virginitatem & coniugium poterit reperiri

Epist. ad Eustoch.

Quapropter omnia hæc virginitatis præconia hac concludam D. Hieronymi sententia: Non est detrahendum nuptiis, cum illis virginitas antefertur; gloriatur enim nuptia. cum à virginibus sine secunda, quasi diceret: Adeo non est sancto matrimonij vinculo maculam aut probum afficere, aut ullam eidem iniuriam inferre dum virginitati illud postponimus; quin imo magnum illius est decus & ornamentum, proximum post statum illum sanctum & profus Angelicum; virginitatem inquam & castitatem locum occupare.

Redemptor virginitatem consullit.

Hanc aliaque ob causas credamus oportet filium Dei, cum in terra inter mortales ageret, toties castitatis amplectendæ nuptiarumque non ineundarum consiliū suggestisse. Apostolus Paulus deinde eius exponens consilia; & suam identidem addens sententiam neminem non ad præclaram hanc virtutem consecrandam est exhortatus, huius sibi non imperandæ quidem sed consulendæ tantum cœlitus curam datam asserens: *Præceptum Domini non habeo, consilium autem deo.* Hinc etiam inter consilia Evangelica ipsa cõnumeratur, & sane è primariis præcipuisque rei Christianæ capitibus est, quibus ad perfectionem peruenitur. Vetus quidem Testamentum sub lege Mosaica fecunditate gloriabatur, matrimoniumque nimio opere extollebat; at cum noua Jesu Christi lex in mundum venisset, quæ ad omnem perfectionem gradum steruit, virginitatem, castitatem, sterilitatemque matrimonio prætulit, quo etiam singulare eius amplectendæ consilium dedit, nuptiasque eidem posthabuit.

Eccles. 3.

Hoc olim Sapiens veluti prædixerat, dum ait: *Omnia tempus habent: tempus amplexandi, & tempus longe fieri ab amplexibus, conubialibus.* Tempus namque veteris legis tempus fuit amplexendi licito vsu mulieres, easque sibi matrimonio copulandi; at Legis Evangelicæ tempore, consilium datum est

ab huiusmodi amplexibus longius secedendi, matrimonialibusque delictis valedicendi. Hanc expositionem mihi suggestit magnus Augustinus libro de adulteriis coniugiis: *Erat, inquit, tunc quadam propagandi necessitas, quæ nunc non est: quoniam tempus coniug. c. 12. amplexandi, sicut scriptum est, quod utiq; tunc fuit; & tempus continendi ab amplexibus, quod nunc est.*

Judæi olim ex legis præscripto, circumcidebantur, quo aliquam castrationis speciem referebant: at inter Christianos apud quos ad perfectionem aspiratur, nonnulli sponte se atque vltro eè castrant, omnibusque corpus delictis spoliant, iuxta illam Redemptoris veritatem: *Sunt eunuchi, qui se castrauerunt propter regnum cœlorum, eunuchi inquam non natura, sed voluntate propria castrati, id est, qui quo gaudia cœlestia consequantur, matrimonij sibi sponte vsu interdixerunt.*

Dauid Rex, sub illa ipsa obscura imperfectionum nebula adhuc agens, de coniugatorum agens beatitudine, matrumque parientium benedictione & gaudio canit: *Quam porro felix futurus es, o vir, quorq; in matrimonio benedictionibus cumulaberis: Vxor tua sicut vitis abundans: in lateribus domus tuæ: sicut oliuæ: sicut nouella oliuarum in circuitu mansuetæ.* Verum in lege gratiæ longe aliter se res habet, & versa fors est, nulla amplius vrorum aut filiorum apud eos, qui ad perfectionem aspirant, & consilia sequuntur Evangelica, sic mentio, sed ab omnibus se delictis sequestrant.

Velut præfagium ac lætum huiusce rei augurium in canticis dicitur: *Tempus putationis aduenit, vox turturis audita est in terra nostra.* Ad litteram verum tempus ibi describitur, quod & aptum est putandis vineis, & quo auicularum cantillantium passim vocalæ per nemorum auiæ exaudiuntur, ac præsertim turturum. At mystice & allegorice consideremus licet, tempus Jesu Christi fuisse & etiamnum esse tempus castitatis, tempus putandæ vitis, & ressecandorum palmitum. Turturis, quæ castitatis figura est, vox in terra Ecclesiæ nostræ tunc audita est.

Porro,

Virginitas circumcisions species. *Matth. 19.*

Cant. 2. *Tempus Christi est castitatis.*

Porro antequam Redemptor cœlo aduenisset, matrimonij vox passim in orbe audiebatur; at, postquam ille cœlo descendit, castitatis, continentię, ac virginitatis auditi harmonia cœpta est. Turturis autem, id est, virginalis puritatis vox est hæc ipsa, quæ in prima ad Corinthios epistola clamat: *Solutus es ab uxore, noli querere uxorem: qui enim matrimonio iungit virginem suam, bene facit: & qui non iungit, melius facit*; in eo namq; Evangelij perfectio consistit.

Mox ut creaturæ primigeniæ in mundum recens conditum inductæ sunt, dictum illis à Deo: *Crescite & multiplicamini, & replete terram*. Tum quidem Adamo imperante, hominibus terram repleri, & viros vxoribus iungi necesse erat, ut sic prolem progignerent, sed sub Christi Jesu imperio, & hodierna die, virginibus cœlestes habitationes repleri necesse est. Quo alludens sanctus Hieronymus, aduersus Iovinianum, dum virginum paranymphum agit ac propugnatorem, sic scribit: *Nuptæ terram replent, virgines paradysum*. Quod perspectum habens Apostolus Gentium, viris consuluit, milieribus non commisceri, & castitatem colere. *Bonum est, inquit, homini mulierem non tangere, neu matrimonij iugum subire*. S. Cyprianus Apostolo suffragatur & scribit: *Prima creatoris sententia, crescere & generare præcepit, secunda continentiam suavit. quasi diceret, prima Dei voce institutum esse connubium, & secunda consultam ac suauem continentiam*.

Certissimum ergo & exploratissimum est, virginitatem coniugio ac matrimonio præstare; quin etiam naturam ipsam superare: ut vixit quæ virtus est nihil humanum aut vulgare continens, sed vires omnes naturales excedens. Quod, ut & reliqua facile comprobabo, & probatissimis testimoniis certum faciam. S. Hieronymum in primis huic sententiæ confirmandæ restem aduocabo: hanc enim ipse palam docet, & virgini Romanæ præscribit: *In carne, inquit, præter carnem vivere, magis angelicum est, quam humanum*, perinde ac si diceret: Scias ac tibi persuadeas velim, sicut, virginitatem seruare illibatam, arduum quid esse ac perdiffici-

le: in corpore quidem fragili habitare, carnem rebellem ac refractariam spiritui circumgestare, carnem inquam vna cum passionibus enatam, & rationi semper contrariam atque aduersantem; sed eius aculeos effrenelque impetus non perferentescere tentationibus venereis resistere, omnemque à voluptatibus abdicare, res est humanis viros ac robur exsuperans, atque ad Angelorum dignitatem & apathiam quam proxime accedit.

Hæc quidem rationi consentanea sunt, & cum Philosophia Ethica optime conuenientia. Si enim pro comperto & explorato habetur, uti & ipse habeo, & in moralibus docuit Aristoteles, virtutem circa difficultia & ardua quæque versari, haud dubie virginitas virtutum omnium futura est maxima, ac præ reliquis primas feret, cum difficilimum omnium prospecto & obiecto habeat. Quod ipsum communi omnium veterum Patrum & Anachoretarum consensu iudicioque verissimum esse comprobatur: qui quadam in collatione congregati maius esse vnanimes suffragio censuerunt miraculum, propriae carnis posse aculeum, quem Paulus Angelum vocat Satanæ aut tollere, aut recundere, ac fomitem illum concupiscentiæ in proprio inardescentem corpore extinguere & obruere, quam alienis è corporibus cacodemones pellere.

Quapropter mea sententia ille non errauerit, qui virginitatem magis in hominibus admirabilem, maiorisque esse pretij quam in Angelis, dixerit. Longe namque pluris facere & admirari magis, solemus ea, quæ humano artificio & industria naturam quæ proxime imitatur, quàm quæ ipsa & naturaliter talia sunt, & genuina. Ex ipso loco esto, Vaz illæ & botri, quos Zeuxis pictor in tabula coloribus tam scite & eleganter imitando ad naturæ iudicium expressit, ut aues & muscæ delatae ad eos veluti ad naturales & genuinos undique aduolarent & rostro configerent, nullis plures habiti sunt, quam hætenus omnes naturales, quin & rosa aut alius quislibet flos ac uel pictus aut opere phrygionico elaboratus, ob artem elegantiamque suspici magis consuevit, quam qui

2. Ethic.

Virtus circa difficultia versatur.

Virginitas in hominibus admirabilior, quam Angelis.

Pictura Zeuxidisa.

1. Cor. 7.

6. Cor. 7.

1. Cor. 7.

1. Cor. 7.

1. Cor. 7.

Virginitas res superat.

1. Cor. 7.

qui in hortis aut agris natura matre e terra prodeunt ; naturam scilicet eiusque opera hominem superante artificio atque industria.

Angelos igitur castos esse , & omnium mundicie expertes quis miretur ? vipote cum talis illorum sit natura & hoc in statu creati sint, ac proinde, si dicere fas est mirum haud est : at in hominibus artificio quodam & summo conatu ac labore virginitatem parem etiam Angelicam haberi summam metetur admirationem , & permagni ducendum est. Nouum namq; haud est, minimeq; mirum, pomum poma, cerasum cerasa, ac vineam vvas proferre ; sed e veptibus racemos, e sicomoris mala punica, e cupresso ficus enasei, nemini non admirationem mouet. Moraliter haec capiamus, & homines vrticas & carduos; at Angelos arbores frugiferas esse imaginemur; viso tamen, homines non alios proferre fructus, quam ferunt Angeli, & creaturas illas terrestres & infimas ad spirituum illorum caelestium puritate perfringere nouum est, inauditum, ac non nisi miraculum.

S. Bernardus.

Sanctus Bernardus quam succinctissime loquens ; & virginitatis partes agens, illam si quando in homine reperitur, merito pluris, quam dum in Angelo commoratur, estimandum docet. Verba eius haec sunt : *Differunt quidem inter se virgo & Angelus ; sed felicitate, non virtute : nam etsi huius castitas felicior, illius tamen fortior esse cognoscitur.*

Serm. de annunt.

Angelus & virgo eode funguntur officio.

Orat. in praesentibus Buar. g.

Apertius hoc & elegantius Petrus Rauennas : *Virginitas hoc obtinet viribus, quod habet Angelus ex natura. Angelus & Virgo diuinum agunt officium, non humanum. Angelicam gloriam acquirere, maius est quam habere.* Id ipsum exaggerans Gregorius Nazianzenus, longe altiora & digniora profert : *An non plane Angelicum est, eam qua carni viuenti alligata sit, non secundum carnem viuere ; sed natura ipsa excellentiorem esse ? Hanc forsitan ob causam, qui allegorici delectantur, & eas passim consectantur, virginitatem, ob altitudinem & excellentiam suam, monti Segor as simularunt, ad quem vt concederet, Lotho Sodomis agenti consuluit Angelus : *In montem saluum te fac. Vt enim alios raccam Patres**

Gen. 19.

& interpretes, sanctus Gregorius Pontifex Virginitas hoc ipsum accipit modo: sic autem loquitur: *monti Sodomam fugere est illicita carnis incendia demolatur. climare ; altitudo vero montium est munditia 3. p. Past. ad continentium. Videtisne quomodo sanctus mon. 28.* hic doctor, ingentis & eximia vt huius virtutis magnitudinem, & eius supra conubium quoniam imo naturam eminentiam declareret, altissimo cuidam monti ipsam comparat.

Nouum vero vobis aut peregrinum non Virginitas videatur, Auditores, si virginitatem naturae virtus est supereminere, humana omnia transcendendo supernaturalis, superare, nolite inquam mirari, si audacter & vno velut verbo dicam, de supernaturalium illam aeternum conditione ac genere esse. Testes enim ac vades opinionis huius plerosque Patrum afferre queam. D. Isidorum in primis, qui libro de summo bono haec in eius laudem habet : *Virginitas admonita tantum est, non iussa ; sed ideo tantum admonita, quia nimis excelsa. Perinde ac si diceret : Deus non minus bonus quam sapiens, praeepto admonita aliquo virginitatem omnibus iniungere non luit, aut ad eam passim vniuersos lege lata obligare imperasset, si quidem & copulisset ad seruandum id, quod communem naturae ordinem transcendit. Eo quod castitas humana omnia exsuperet, non nisi ingentes & generosos exigit animos & constantiam plusquam Angelicam. Hinc ipse naturae auctor & legis ad eius obseruantiam neminem lege lata aut mandato repugnantem compellit, sed consulit duntaxat, & suadet, & vnumquemque eodem, si modo vltione luberit, inuitat. Sic autem de illa Redemptor loquitur : *Qui potest capere, capiat : res arbitraria & voluntaria est, neminem ad eandem volo compellere.**

Horum verborum sensum indagans Theodoretus, quid dicturus sit ignorat, quo se verrat, nescit, hoc duntaxat proferens : *Inmellexit, inquit, Deus, virginitatem esse supernaturam ; hinc nullum ad eandem obstringere virg. voluit, aut iussu aliquo obligare. Plura S. Ambrosius, & mirabilia proloquitur : *Quis humano eam possit ingenio comprehendere, quam nec natura suis inclusit legibus ? aut quis voce natu-**

Li. 2. de sum.

bon. c. 40.

Virginitas

admonita

tantum non

iuilla est.

Epist. diu.

dic. cap. de

Lib. 1. de

Virg.

natu-



na uali completi, quod supra uum natura sic?

An non igitur hæc veritas satis superque stabilira est: aliene habere testimonia vultis? plurane illius confirmandæ ergo depremissa sunt? sunt utiq; Ecce Cyrill. Hieroso. lymitanus, suo quoq; calculo rem adstruet. Non ignoramus, inquit, castitatis gloriam: Angelica enim est corona, & supra hominē perfectio. Euidens sane hoc testimonium est, quo vix dari vllū queat illustrius. Joan. Damascenus etiam subscribere gestiens, suum his verbis declarat: *Virginitas Angelorum munus est ac peculiaris omnis incorporea natura nota. quasi dicat, Qui seruire ac colere castitatem voluerit, incorporeus is sit oportet, & humanam naturam transferat in Angelicam.*

Vnum adhuc producam Ambrosium, qui huic testium coaceruationi coronidem imponet, sic scribens: *Supergreditur virginitas conditionem naturæ humanæ, per quam homines Angelis assimilantur, maior tamen est victoria hominum, quam Angelorum: Angeli enim sine carne viuunt, Virgines vero in carne triumphant. Quæ eius verba velut omnium pulcherrima & præstantissima studio in postremum locum conieci.*

Audistis, Auditores Catholici, me, idque è SS. Patrum potissimum verbis, dicentem: *virginitatem nuptiis & matrimonio longo intervallo præcellere, quin omnes naturæ vires nimium quantum excedere; iam probandum restat, illam, quoniam & eximia est & præstabilis, propterea etiam in cælo corona excellentiori atque illustriori gloria post hanc vitam donari. Sequar hac in re magni Hieronymi sententiam dicentis: Propterea maiori premio coronatur, quia præceptum Domini non habet, & Ultra imperata se extendit.*

Latius se dilatat & rem explicat lib. 1. contra Iouinianum, Ideo plus, inquit, amat Virgines Christus, quia sponte tribuunt, quod sibi non fuerat imperatum, maioriq; gratia est officium, quod non debeas, quam reddere quod exigaris. Ad eo, vt ex D. Hieronymi sententia, cuiusq; virginitatem intactam illibatamq; custodire contigit, de ipso illud Psalmographi merito dici queat: *In mandatis eius volet nimis.*

Bessai tom. 3. De Sanctis.

Virginelem namq; florem integrum & inremeratum seruans, longe plura præstat, quam facere iubetur, ac diuina mandata & iussa transcendit.

Et sane adeo eximia & nobilis virtus est castitas, vt non modo æterna gloria, cæteris sanctis communis illi attribuat, sed & peculiaris quædam & singularis eam beatitudo, in cælo est habitaculo maneat. Aureola inquam illi debetur similis illi, qua Doctores Ecclesiæ ac generosi Christi pugiles & Martyres post hanc vitam donabuntur. Huius rei figura est mensa illa aurea, panum propositionis, quam limbi instar corona in terrastris, deinde & alia minor, quæ peculiaritatem hanc aureolam denotat, circumambibat. Rem & figuram explico. Notum esse vobis existimo, Redemptorem Jesum, olim apud Apostolos de cælesti gloria agentem dixisse, abire se parare illis regnum, vt edatis & bibatis super mensam meam in regno meo. Recte quidem; in cælo namque beatis omnibus parata & instructa est mensa, qua sanctorum omnium delicia ac gaudia repræsentantur; mensam hanc cingit corona & limbus, id est, merces omnibus prædestinatis debita. Hoc namque eam nomine donauit Apostolus, dicens: *Ideo reposita est mihi corona iustitiæ.* Coronam hanc maiorem alia minor coronula & aureola circumcurrit: hæc porro aliud non est, quam particularis quædam gloria, solis merito Martyribus, Doctoribus & Virginitibus, nulli vero alteri, debita aut seruata.

Apostolis apud Matthæum Redemptori dicentibus: *Ecce nos reliquimus omnia; & secuti sumus te, quid ergo erit nobis?* ilico respondit rogatus: *Omnis, qui reliquerit domum, aut fratres, aut sorores, aut Patrem, aut Matrem, aut uxorem, aut filios, aut agros propter nomen meum, centuplum accipiet, & vitam æternam possidebit.* Et sane arduum quid est ac difficile, Patrem, Matrem, facultates, possessiones, consanguineos, & proximos propter nomen Christi relinquere; hoc ipsum tamen vulgo fit & communiter idque ratione vxoris. In Genesis namq; initio legitur: *Propter hoc relinquet homo Patrem & Matrem suam, &*

L 222 adha-

Aureola virginitati debita.

Exod. 25.

Luc. 22.

2. Tim. 4.

Gen. 2.

Cuech. 12.

Lib. 4. fidei 123.

Lib. de vi. 12.

Virginitas maiori donatur gloria in cælo.

Epist. ad Philemon.

Lib. 1. contra Iouinianum.

Psalm. 117.

ad arebit uxoris sua. Sed vxorē, quæ vnā tantū tecum constituit carnē, & filios, qui cuiuspius pars sunt, deserere; vere quid magnum est, centuplum meretur, & æterna præ reliquis rebus omnibus mercede denotari dignissimum est.

Isai. 56.

Isaias Propheta manifesto indicauit, qualis quantaq; a Deo merces Eunuchis Evangelicis, id est, virginitatem in Ecclesia Christiana colentibus promissa sit; dum ait: *Et non dicat Eunuchus; Ecce ego lignum aridum, quia hæc dicit Dominus Eunuchis: Qui custodierint Sabbata mea, id est, a sollicitudinibus & curis carnis liberi, & elegerint, quæ ego volui & tenuerint fœdus meum; dabo eis in domo mea, & in muris meis locum, & nomen meum à filiis & filiabus, nomen sempiternum dabo eis, quod non peribit.* Doctissimus iuxta ac sanctissimus Augustinus, locum hanc demiratus, de virginibus ipsam exposuit, de Eunuchis inquam illis Evangelicis, qui seipso propter regnum cœlorum castrauerunt.

Magna merces virginibus promissa.

Lib. de virgin. c. 24.

Plenam & exactam egregij huius promissi adimpletionem habere vultis? ane videre nomen, locum, gradum & gloriam, quam in cœlesti domicilio pro reliquis accepturi sunt, qui virginitatem integram inuiolatamque seruarunt? Legite quæ in Apocalypsi sua scribit Joannes: *Ecce Agnus stabat supra montem Sion, & cum eo centum quadraginta quatuor millia, habentes nomen eius, & nomen Patris eius scriptum in frontibus suis.* Virgines autem hic designat, aitque eos in cœlo, cuius mons Sion figura existit, nomen Dei Patris, ac filij eius Jesu Christi frontibus suis inscriptum gestare; vt euidenter & palam appareat, illos semper pudicos ac verecundos fuisse, (eo quod in fronte pudoris sit sedes) atque omnem puritatem ac pudicitiam suam Deo Jesu Christo dedicasse, eamque integram & sinceram illi toto vitæ tempore religiose custodisse.

Apoc. 14.

Pro comperto est, quin & sacre Litteræ nobis fidem faciunt, Sanctos omnes cœlica perfuentes gloria, diuinitatis signum ac notam frontibus prælaturos; sed sacrum ac

sanctum Dei & Agni immaculati nomen. Virgines vultu scriptum præferre, & circumgeitare, nomen Agni in cœlo referuatam esse. Dicitur exinde, quod frontibus Canticum sint nouum & carmen inauditum inscriptum decantaturi, quod nemo præter ipsos cantare habebunt poterat.

Visionem hanc penitus inuestigans, ac sciens Cur Joanne auidus, cur Sancti illi puri, illibatique virginitatis cultores coram Agno in monte potius, quam ad illius radicem aut campi alicuius planitie, Joanni videantur, duplicem hanc rationem inuenio. Prima è virginitatis dignitate & excellentia petita est. Cum enim virgines summum quandam locum occupent, & alto quodam in Ecclesia constituti sint gradu, non sine causa, nec absurde in montis Sionis conspiciuntur vertice coram Agno stantes. Huic expositioni subscribit etiam Magnus Gregorius libros Regum exponens: *Bene, inquit, in sublimi virgines esse dicuntur, quia, quod naturam humanam supergreditur, in altissimo virtutum culmine situm est, unde & virgo ille dilectus ieu locum virginum insinuans ait: Vidi supra montem Sion Agnum stantem, & cum eo centum quadraginta quatuor millia. Hi sunt, qui cum mulieribus non sunt coinquinati, virgines enim sunt.* Mox vero idem Doctor subnectit: *In monte quidem esse cum Agno dicuntur, quia per meritum incorruptionis, quæ à terrenis & carnalibus delectationibus se diuidunt, in sempiterna Redemptoris gloria sublimantur; & à mundanis voluptatibus se sequestrantes, ad cœlestes dignitates simul extolluntur.*

Cur Joanne auidus, cur Sancti illi puri, illibatique virginitatis cultores coram Agno in monte potius, quam ad illius radicem aut campi alicuius planitie, Joanni videantur, duplicem hanc rationem inuenio. Prima è virginitatis dignitate & excellentia petita est. Cum enim virgines summum quandam locum occupent, & alto quodam in Ecclesia constituti sint gradu, non sine causa, nec absurde in montis Sionis conspiciuntur vertice coram Agno stantes. Huic expositioni subscribit etiam Magnus Gregorius libros Regum exponens: Bene, inquit, in sublimi virgines esse dicuntur, quia, quod naturam humanam supergreditur, in altissimo virtutum culmine situm est, unde & virgo ille dilectus ieu locum virginum insinuans ait: Vidi supra montem Sion Agnum stantem, & cum eo centum quadraginta quatuor millia. Hi sunt, qui cum mulieribus non sunt coinquinati, virgines enim sunt. Mox vero idem Doctor subnectit: In monte quidem esse cum Agno dicuntur, quia per meritum incorruptionis, quæ à terrenis & carnalibus delectationibus se diuidunt, in sempiterna Redemptoris gloria sublimantur; & à mundanis voluptatibus se sequestrantes, ad cœlestes dignitates simul extolluntur.

Et sane ita seres habet: nihil quippe in mundo virginitate est altius, quod aduersus hanc virginitatem oppugnantes de ea; dubitantes egregie tuetur Gregorius Nazianzenus cognomento Theologus. Sic enim in illa Matthæi verba: *Non omnes capiunt verbum istud, sed quibus datum est: Paraphrastice scribit, Videte, inquit, sublimitatem indeprehensibilem fere inuenietis; quomodo enim non melius carne est, non generare carnem id, quod à carne genitum est: quomodo non angelicum, carni alligatum non secundum carnem sinere, sed natura esse sublimiorem?*

In hu-

147-7. In huius rei figuram video Salomonem  
in templi sui fabrica, ante vestibulum eius-  
dem duas ingentes collocare columnas ere-  
fufas, quibus capitella in summitate hiorum  
instar imposuit. Sic hancque in Regum libro  
tertio legere est: *Fecit duas columnas areas,  
decem & octo cubitorum altitudinis. & paulo  
post: Capiteis autem, quæ erant super capita  
columnarum, quasi opere lily fabricata eran.*  
Quid sibi volunt lilia adeo sublimia ela-  
ta? cur in summitate harum columnarum  
potius, quam medio aut imo eadem ere-  
cta? mysterium notabile est. Vescilicet hinc  
discamus, castitatem (cuius lilius est imago)  
altitudine, dignitate, excellentia, quidquid  
in mundo est, superare. Sic porro columnarum  
harum proprietatem exponit D. Ambrosius.

Akera cur Joannes virgines in monte  
conspexerit ratio è virginitatis difficultate  
elicitur: quæ profecto tanta est, vt quicum-  
que ad eandem aspirat, & eam colere desi-  
derat, sibi persuadeat necesse sit, montem se  
quemdam acclivem, difficilem, lubricum,  
molestum rependo ascendere, cuius ea qui-  
dem sit altitudo, & ascensus adeo laboriosus  
& arduus, vt neminem ad eandem seruan-  
dam ipse obligare Redemptor, aut iusso co-  
gere voluerit, sed dumtaxat consulendo sua-  
dendoque dixerit: *Qui potest capere capiat.*  
quasi diceret; Ascendat eo, qui voluerit; ar-  
dua quidem via est & ascensus molestissi-  
mus, ad neminem eo cogo: hoc ab vna vo-  
luntate dependet, & in illo hominis virtus,  
animus, & generositas evidenter agnosce-  
tur.

16. 1. contra  
Iovinian. Egregie hoc divineque pertractat D. Hie-  
ronymus, eundem semper vellicans Iovinianum:  
*Noli timere, ne omnes virgines fiant. Difficilis res est virginitas, & ideo rara, quia  
difficilis. Multi vocati, pauci electi. Si omnes  
virgines esse possent, nunquam Dominus dice-  
ret: Qui potest capere capiat, & Apostolus in  
suadendo non trepidaret, De virginibus præ-  
ceptum Domini non habeo. Verum æquo diutius  
hoc in stadio moror, atque in virginitatis  
in genere præconiis proferendis nimis vi-  
deor, iam illam singillatim in decore sanctæ  
Catharinæ Virginis, omnium & pulcherri-*

mæ, & sanctissimæ, & maximæ admirabilis  
vultu emicantem conspiciamus.

Erat quidem Catharina, castissimi, secun-  
dum carnem nobilis, sed spiritu ac mente  
longe nobilior: nobilis inquam & illustris  
protapix: eo quod regio descenderet san-  
guine, & Regis terreni esset filia; at nobilissi-  
ma existit, quod Regis Regum cœli terra q;  
monarchæ esset sponta. Erat formosa & facie  
decora, sed quoad animam longe venustior.  
Erat denique naturalis Philosphiæ ac terre-  
næ peritissima, sed in cœlesti ac divina The-  
ologia versatior, quia omnibus natu æ eo-  
nis, quæ in illam contulerat Deus, sin-  
gulari sapientia ac modestia uti no-  
uit.

Non sic autem vitam instituunt filij ac fi-  
liæ seculi huius, sed longe secus agunt; vt  
plurimum enim non modo gratis cœlesti-  
bus ac divinis beneficiis abutuntur: sed (quod  
longe deterius ac magis deplorandum) hæc  
ipsa ad benefactorem suum exacerbandum,  
& vicis indulgendum convertunt; quam  
Dominus apud Oseam indignitatem ingra-  
titudinemque deplorans sic loquitur: *Dedi ei  
frumentum, & vinum, & oleum, & argentum  
multiplicavi ei, & aurum, quæ fecerunt Baal.*  
Proh seculiste atq; infelix homo! qui ex om-  
nibus, quæ in te larga Deus effudit manu,  
idolum tibi ac numen quoddam fabricas, e-  
iusque te cultorem constituis? hoc quippe a-  
pud Prophetam hunc expostulat Deus, hoc  
iustæ eius querimonix insinuant; quasi di-  
cere velit: Ecce, quanta populi mei sit nequi-  
tia, & quam detestabilis ingratitudo, qui ac-  
ceptis à munifica mea manu tot tantisque  
muneribus, vis velut armis ad me est oppu-  
gnandum vsus, & è diuitiis, quas in ipsum ef-  
fudi diola conflavit, quibus mihi contume-  
liam iniuriamque irrogaret.

Sapientior longe existit Catharina no-  
stra. Nam adeo non sanguinis ac generis no-  
bilitate, venustate, doctrina, alijsq; dotibus,  
quas à Deo datore acceperat, est abusa, vt è  
cultum contra, vt filia sapiens & ad virtutem ac ti-  
morem Dei efformata, omnes & singulas  
semper ad eiusdem obsequium, & ad demoni  
mundoque bellum inferendum impenderit.  
Hoc scilicet piis solenne est, hæc filiorum Dei

S. Cathari-  
na Regis e-  
rat filia.

Filiæ mun-  
danæ Dei  
gratis abu-  
tuntur.  
Osee. 2.

Mundus dñ-  
inas gra-  
tias in pec-  
catum com-  
uerit.

S. Cathari-  
na omnes  
gratias su-  
bilitate, doctrina, alijsq; dotibus,  
as ad Dei  
cultum  
conuertit.

consuetudo hoc omnibus, qui diuinis donis & beneficiis cœlestibus grautos & adobrutos se norunt, faciendum incumbit. Sic uiuant oportet, qui turpe ingratiitudinis effugere dedecus & beneficiorum agnoscentes, e contra dici volunt. Non peccauit hoc in genere vniquam illustris nostra virgo, nunquam se ingratiatam præbuit, donisque diuinis ac cœlestibus nunquam perperam legitur vasa. Fuit ergo sanctarū virginum ornamētum, virtutum schola, pulchritudinis decus, scientiarum omnigenarum miraculum, sapientium puellarum speculum, & nobilitatis honor.

Quam vero admirabile ac diuinum est. regis terreni filiam adeo castam, sanctam, doctam, prudentem, Deique obsequio tantopere deditam intueri! Hæc porro honestas, ac sanctimonia adeo in primigeniæ Ecclesiæ exordiis communes erant, etiam inter genere illustres ac magnates, vt ad Philipenses scribat Apostolus: *Salutant eos omnes sancti, maxime autem, qui de domo Cæsaris sunt.* O beata secula, ô tempora exoptanda, quibus palatini & purpurati, & aulici Cæsaris, vitæ sanctimonia exercebant! Quales ergo fuisse oportet eos, qui cœnobiorum claustris arctabantur, qui in incultra & soliuaga agebant solitudine, ab omni humano consortio alienissimi, si, qui apud Reges & Cæsares agebant, qui aulam frequentabant, qui in mūdo degebant, ad tam excellentem sanctitatis gradum vitæque honestatem peruenerint.

Admiracionem & stuporem mihi hunc inicit sancta nostra Catharina, cum ipsam adeo doctam in regia, ita piam ac Deo tantopere inter puellas aulicas, adeo humilem & minime insolentem in tanta vultus venustate contempler. Solent quippe reginæ aut aulicæ illustri sanguine prognatæ, quin etiam plebeicæ ac triuiales, accepta cœlitus pulchritudine superbire, insulari, magnum quid de se hoc nomine sentire. Fastus namque indiuulsus venustatis est comes, & naturalis hæc dos vt plurimum præsumptionem, vanitatem & nescio quam superbiam secum trahit. Peruidit id ipsum olim & Poëta dicens,

*Fastus inest pulchris, sequiturque superbia formam.* Ouid. in *Fam.*

Verum hanc sapiens gloriationem à fidelibus amouens docet pulchritudinem non nisi meram esse vanitatem, & solam matronam, quæ Deum timet, virtutemque colit, laudem mereri, *Vana est, inquit, pulchritudo; mulier autem timens Deum ipsa laudabitur.* Quanto pere igitur sancta Catharina laudari mereatur!

Psalmo 29. scriptum est: *Domine in uoluntate tua præstitisti decoro meo virtutem.* Sensus est: Tuum, Domine, beneplacitum est, & simplicitate tua, pura, & bona uoluntate, non uero meritis meis aut alias ob rationes fieri dicam, vt, sicut pulchritudine excellbam, non minus etiam uirtute præstarem. Certissimum porro est, omnem quidem animam deuorantem hęc uti uerbis posse, ac Deum his similibus uel compellere; Catharinam uero nostram propriissime & ratione quadam singulari, eadem posse repetere credendum est. Quod ut melius intelligatis, sciendum est, Deum illustrem illam uenustatem infinitis quibusdam uirtutibus condecorasse, quæ & in eadem luxere, & eam in omnibus profus admirabilem redderunt.

Prima in illam collata uirtus, fuit mundana honoris & gloriæ contempus, et si genere inclyta foret, & nobilitate excellens. Longe secus ac mundus hodie agere solet: nobiles enim terreni gloriæ, resque temporales permagni faciunt. Atque hoc nomine etiam olim tantopere sese efferebant apud Joannem ueteres illi Abramidæ, dicentes: *Semen Araba sumus,* genus inclytum. Magna ergo hæc in uirgine & eximia fuit uirtus, ipsam Costi regis filiam, aulæ honoribus, amicarum familiaritatibus, uoluptatibus, diuitiis & quam sperare poterat promotioni ualedixisse.

Magna quoque Dauidis regis simili in occasione uirtus fuit, qui quo expeditius ac liberius coram arca Domini saltaret, regis se uestibus spoliavit, ac ludibrio se, maiestate neglecta, omniūque risui exposuit. Tales sint oportet omnes, qui ad perfectionem aspirant, ut nimirum honoribus,

S. Catharinae laudes.

Virginitas in primitiua Ecclesia communissima inter nobiles.

Philipp. 2.

Pulchritudinem semper stipant superbia & uanitas.

Prou. ult.

Psal. 29.

S. Catharina mundi gloriæ contempnit, nisi nobilitas foret.

Ioan. 8.

P. Reg. 6.

pon.

pompis, & magnificentiæ terrenæ renun-  
tiant, ut eo liberius meliusque dispoſite co-  
ram Domino exultent, & præ gaudio in Pœ-  
nitentiæ suæ exercitijs gesticant. Non tamen  
ignoro, quemadmodum ea tempeſtate  
non defuit Michol, Dauidi inſultans dicenſ-  
que: *Quam glorioſus fuit hodie Rex Iſrael, diſco-  
operiens ſe ante ancillas ſeruum ſuorum, & nu-  
datus eſt, quaſi ſi nudaretur vnus de ſcuris*: Sic  
& hodie quamplurimos futuros, cum ami-  
cos & conſanguineos, tum coſmophilos qui  
publice explodant eos, qui honores, opes ac  
gloriam mundanam pedibus proterunt. Sed  
ſicut tum quidem Dauid viriliter reſpondit  
inſultantibus: *Viuſit Dominus, quia ludam ante  
Dominum, qui elegit me, & ludam, & vilior  
ſum, pluſquam factus ſum, & ero humilis in ocu-  
lis meis*: ſic nos eadē animi conſtantiā ac ge-  
neroſitate illis mundanis obreſcatoribus re-  
ſiſtamus oportet, illis inquam ſanctorum  
conceptuum exprobratoribus, & bono-  
rum operum tentatoribus. Sic inquam fi-  
deliſſimos ſeruos Ieſu Chriſti, & indefati-  
gabilis virtutum ſectatores nos eſſe necelle  
eſt.

Conſiderent ergo Reges & Principes ac  
nobiles, quod olim ſancta atque illuſtris hæc  
Virgo, omnem mundi huius gloriam ſua-  
me breuem eſſe, infinite fragilem, inſenſibi-  
liter volatilem, ac durationis omnīs exper-  
tem. Horum occaſione Sanctus Auguſtinus  
libris de Ciuitate Dei, de Romanorum olim  
Imperij magnitudine tantopere glorian-  
tium agens gloria, omnem hanc maieſtatem  
ait Chryſtallo pellucido, diaphanoque, ſed  
in ſe & natura perfragili, haud diſſimilem  
 fuiſſe. Næ enim pompoſa, ſplendida, ac  
magnifica hæc dominatio, exterius quidem  
magnum ſplendorem & admirabilem glo-  
riam oſtentabat; ſed ſimul ingentem fragili-  
tatem præferbat, vti ſuo poſt tempore pa-  
tuit, cum eius ſinis, interitus, cineres, ac rui-  
na apparuit.

Idem ipſe Auguſtinus iſſdem in libris ob-  
ſeruat, Reges omnes, qui Romano præfue-  
re regno, naſcentiſque imperij gubernacula  
moderati ſunt, nonniſi numero ſeptem,  
miſerabili omnes morte vno excepto Nu-

ma, extinctos fuiſſe; hic enim pacifice re-  
gnum adminiſtrauit, latis legibus ſtabilitate  
nec tam calamitoſum naſtus eſt fatum. No-  
biles ergo ac Reges hæc ſibi proponant, &  
ad mundi gloriam contemnendam vilia im-  
primis natiuitatis ſuæ exordia, vitæ fragili-  
tatem, mortis futuræ horrorem, extincti  
corporis cineres, & in funere effundendas la-  
chrymas ob oculos habeant. Sed ad relictam  
materiam redeo.

Secunda, quam Sancta Catharina à Deo  
ſuſcepit virtutem, fuit eximia quædam men-  
tis & corporis puritas, animi & membrorum  
honestas: quæ duo vno in homine ſimul  
quam rariffime occurrunt. Interior vero plu-  
ris ſit quam exterior, iuxta Pſalmographi  
ſententiam, qui regis filiam dilaudans, eo il-  
lam potiffimum nomine celebrat; quod in-  
terior pulchra ac decora eſſet, ac prima-  
ria eiufdem gloria in anima reſideret: *Omnis  
gloria, inquit, ſilia regis ab intus, non quod  
exteriorem corporis virginitatem, non  
magni ducat; ſed quod interior, quæque  
cor mundum reddit, longe ſit excellen-  
tior.*

Atque hanc ob cauſam ſponſus in Canti-  
cis, cum ſponſam in omnium dilaudaſſet  
membrorum perfectionibus, tandem exclam-  
at: *Quam pulchra es amica mea, quam pulchra  
es! exterius ſcilicet, abſque eo quod intrinſecus la-  
cet, & in anima.* Declarans nempe hoc lo-  
quendi modo, ſufficere ſibi quidem verba ad  
exteriorem virginitatem de prædicandam;  
ſed nulla ad interiorem exponendam apta  
ſatis inuenire ſe poſſe. Et proinde inferre vo-  
lebat, puritatem illam interne & in anima  
commorantem, longe maioris pretij eſſe &  
illuſtriorẽ ea, quæ exterius apparebat, cum  
nulla eam verba, nulli ſermones humani ſa-  
tis poſſent exprimere.

Apoſtolus in prima ad Corinthios duo  
hæc ad ſanctæ Virginis ornamentum ac per-  
fectionem membra, duplicem inquam puri-  
tatem requirit, ac primo loco ponit, interio-  
rem tamen pluriſ facit: *Mulier innupta & vir-  
go cogitat; qua Domini vni, & ſit ſancta corpora  
& ſpiritu.* Et ſanctus Auguſtinus verba illa  
Apoſtolicos 14. *Virgines enim ſunt, & ſe-  
gin.*

Moralitas  
adignis.

Lib. 4. de  
Ciuir.

Lib. 3. de  
Ciuir.

S. Cathari-  
na corporis  
animitque  
puritatem  
habebat.

Pſal. 44.

Cant. 4.

1. Cor. 7.

De bono Vir-

quantur agnum quocumque ierit, exponens ait: *Agnum sequi quocumque ierit, est ipseus virginis ratiom mentis & corporis imitari* Et in Psalmum 29. sic scribit: *Quid prodest integra caro merito corrupta: melius est humile coniugium, quam superba virginitas.*

In Psal. 29.  
Humilitas donata S. Catharina, simul cum gratiarum multitudine.

I. Tim. 6.

Glos. ord.

Hom. 13.

Osec. 13.

S. Catharina multis donata gratiis.

Tertia, quam præter præcedentes sanctæ huic virgini Deus contulit, virtus fuit pro-funda quædam humilitas, cum ingenti gratiarum multitudine coniuncta. Multi acceptis Dei donis superbire solent & insolescere, alium quid de se ipsis sentire ac vane præsumere. Testis sit primus ille Angelus, qui naturæ suæ perfectiones ac decora, vt pennas suas superbiens pauo demirando considerans, redditus insolentior eo ambitionis & arrogantia deuenit, vt diuinitatem affectaret, seque non nisi meram creaturam esse obliuisceretur. Quocirca hoc Timotheo suo Apostolus consilium dedit, ac pie illum monuit: *Diuitibus huius sæculi præcipe non sublimè sapere.* Et tamen eo loco ad litteram de temporalibus agar diuitiis, de spiritualibus tamen id non minus est intelligendum. Nam Glossa ordinaria S. Augustinum citans sic in hæc ipsa verba commentatur: *Morbis diuitiarum est superbia; quæ est vermis diuitum.* Atque idem Augustinus hoc ipsum confirmans, difficile ait esse, vt qui diues sit non superbiat. Quod & Osee Propheta confirmat: *Adimpleti sunt, inquit, & saturati, & eleuauerunt corpus suum.* Quæ omnia ad diuitias spirituales referri deque iisdem intelligi queunt; nam hæc non minus quam temporales animum inflant, ambitionem excitant, vanitatem fouent & ad superbiam animant.

Huc numquam vanitatis S. Catharina peruenit, sed semper intra statutos modestiæ & humilitatis limites se continuit. Habuit quidem reuera illustria dona, omnigenique exornata fuit gratiis, quales forte, si non nemo alius, saltem muliebris sexus nulla à Deo vniquam est consecuta. Anno quippe ætatis duodeuicesimo (rem raram & admirabilem!) adeo literis politionibus exulta fuit, & septem liberalium artium ita perita, vt vniuersa Alexandria schola, aut alia Ægypti

Academia parem illi minime habuerit. Nacta autem, præter hanc doctrinam, erat tam singularem eloquentiam, vt Rege præfente & inspestante quinquaginta Philosophos Christo Iesu lucrifecerit, illosque ad Euangelium pertraxerit. Præter duas hæc S. Cathari-dotes raras, & in sexu ac conditione penitus næ pulcherrimæ, & iocuentes omnes quas natura vultui illius indiderat perfectionibus ac dotibus in stuporem & amorem rapiebat. Possidebat insuper & alias virtutes egregias, easque numero plurimas donaque eximia; non tamen propterea in animum eius vniquam vlla præsumptuosior subiit cogitatio, & cum Psalmista dicere potuit: *Non est exaltatum cor meum neque elati sunt oculi mei neque ambulauit in magnis, neque in mirabilibus supra me.*

Quod ipsa nos natura quam apertissime docet. Videmus namque arbores pomiferas ac feraces, quo fructibus magis sunt grauata ac poma plura progignunt, eo caput & comâ dimittere profundius, & ramos humo propiores Harum exemplo animæ sanctæ, quo cælestibus donis, perfectionibus, gratiis, virtutibus, meritis aliisque diuinis charitmatibus onustiores ac repletiores sunt, eo cor solent deicere demissius, nihilum suum perpendere attentius magisque se humiliare.

Hic autem humilitatis actus incomparabilis scilicet & profundissimus, in gloriosa Deipara matre præ omnibus creaturis maxime eluzit: cum enim illam vt Dei matrem futuram Angelus saluasset, (qua nulla in mundo fingi dignitas maior aut honoratior potest) illa vilissimam omnium conditionem elegit, seque è summa humilitate ancillam dumtaxat vocauit dicens: *Eccè ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum.* Atque sola hac virtute magis quam infinitis aliis quæ in anima ipsius commorabantur virtutibus Deo Opt. Max. placuit. Vnde & suo ipsa in Cantico haud diffitetur, sua Deum maxime esse humilitate delectatum dicens: *Quia respexit humilitatem ancillæ suæ.*

Quod

3. *epist. 85.*  
 Quod ipsum Sanctus Hieronymus ad-  
 streuas quadam in epistola scribit, ob-  
 vni-  
 cam humilitatem, quam ob reliquas animæ  
 eiusdem virtutes, carnem humanam virgi-  
 neo in utero Deum accipere maluisse. In  
 hac illam Diva Catharina quam proxime  
 est æmulata: si quæ utquam enim in diu-  
 riarum spiritualium abundantia modestiam  
 atque demissionem præ se puella tulit, &  
 virtutum choro cincta humilitatem sectata  
 est, Catharina nostra sane inter primas ex-  
 stitit.

8. Cathari-  
 ne fortitu-  
 do.  
 1. Reg. 7.  
 Quod vero maxime in illa admirabile est,  
 & quod ut quartam in ipsa virtutem cœli-  
 tus acceptam laudare gestio, insignis est for-  
 titudo, & admirabilis fragili in sexu, aut se-  
 xus fragilitate animi constantia, fortitudo  
 inquam primo ad virginis florem con-  
 servandum, ad cuius custodiam insigni qua-  
 dam & generosa opus est. Quod designasse  
 mihi videtur Salomon, cum ante augusti sui  
 templi vestibulum duas ingentes ex arc co-  
 lumnas erigi iussit, quæ in summitate non-  
 nisi lilia sustinebant, quo denotandum est,  
 cum virginitas (cuius lilia cadentia sunt sym-  
 bolum) perdifficilis sit, grauis, & onerosa, &  
 sub qua vires humanæ facili negotio fati-  
 scunt, arcis opus esse columnis ad eam susti-  
 nendam, magnas inquam gratias & auxilia  
 cœlestia ad illius conservationem, ne quod  
 detrimentum patiarur, ne labarur, ac ne eius  
 honor violetur requiri. Cœterum duæ col-  
 umnæ; id est, duplex fortitudo, ad lilia casti-  
 tatis sustinenda necessariae sunt, gratiæ sci-  
 licet cœlestis auxilium & generosa & stre-  
 nua hominis cum submissa à Deo gratia co-  
 operatio.

Castitas  
 servare dif-  
 ficilis.  
 1. *epist. ad Demetriadem.*  
 Secundo, in signe offendit robur ad car-  
 nis impetus, rebelliones, & intestinos ac  
 domesticos conflictus ferendos: eo quod  
 virginitas quoddam martyrij sit genus,  
 incruentum tamen, in quo magnis viri-  
 bus, animo generoso, ac magnanimitate  
 singulari opus est. Sic testatur Divus Hiero-  
 nymus, ad illustrem Demetriadem scri-  
 bens, & ad virginitatis propugnationem  
 generose veluti martyrium quoddam sub-  
 eundum excitans: *Assume, inquit, sentum*

*fideli, lorica in istria, galeam salicis, pro eade ad  
 pralium, habet & pulcritia servata martyrum  
 suum.*

Egregie hoc & ad viuum exprimitur vi-  
 sione illa Zachariæ Prophetæ ostensa; qua  
 or nigenos ille conspexit equos, eosque co-  
 lore inter se discrepantes, hos quid in rubros,  
 illos albos, alios diversicoloris, sequentes  
 omnes equitem equo rufo insidentem. Cuius  
 visionis expositiones varias ut omit-  
 tam, plerique per equitem illum rufo insi-  
 dentem equo Iesum Christum designari vo-  
 lunt, passione sua rubicantem, & in huma-  
 nitate sua velut equo rufo inequitatem  
 per ponere sequentes illos equites adumbrari  
 varia Sanctorum genera, Redemptorem Ie-  
 sum supplicia patientem suis in supplicijs  
 imitari contententium; per equos rubros,  
 Martyres; per albos, virgines; per diversico-  
 lores ac varios, reliquos Sanctorum; qui hoc  
 in vitæ cursu diversis enicere virtutibus  
 & omnigenis meritorum ac perfectionum  
 charismatibus in suo quisque genere clarue-  
 runt.

Tertio, nobilis hæc virgo generosos  
 animos & heroicos, simul & extraordina-  
 rium quoddam robur in corporis castiga-  
 tione, & carnis domestica illius hostis em-  
 ceratione patefecit; idque Apostoli Pauli ex-  
 emplo, qui cum vere esset virgo, in carnes  
 & membra nunquam non quam rigidissimè  
 sauebat, illius ut infrenes motus compri-  
 meret, & insolentes impetus insultatione-  
 que retonderet. Vnde hoc ipse de se testimo-  
 nium tulit: *Castigo corpus meum, & illi domi-  
 nati satagens in ierusalem reij. o.* Huius rei  
 figuram fuisse credo, quod vela & cortinæ in  
 Exodo tabernaculum Mosaicum obuelantia  
 diversorum fuerint colorum, ex hyacintho  
 scilicet, purpura, coceobis tincto, & bysso re-  
 torta, ad denotandum nimirum, virginita-  
 tem, quæ cœlesti Ecclesiæ est ornamentum,  
 & hyacinthinum quoddam velamen, sem-  
 per byssum retortam præseantem sibi habere  
 debere, castigationem inquam & macera-  
 tionem membrorum, qua mentis appetitus  
 & inclinationes, natura sua ad voluptatem  
 vergentes, & eodem hominem iniurantes,  
 aliquatenus retonquentur, & ad cœlestes de-  
 licias

Zach. 5.

Figura in  
 8. 1. 2.

1. Cor. 9.

Exod. 26.

licias potius ac voluptates diuinas desiderandas conuertuntur.

(Cant. 5.) Dicebat in Canticis amans illa sponsa: *Manus meae stillauerunt myrrham, & digiti mei pleni sunt myrrha probatissima.* quibus illa verbis significabat, non illustria modo opera sua, quorum manus imago sunt; sed & minimas actiunculas, quas digiti adumbrant, perfectissimam quamdam in omnibus mortificationem (cuius myrrha symbolum) spirare. In his porro omnibus palmam tulit

S. Catharina nostra, omnes namque actiones eius, exercitia, & occupationes tam magnae quam paruae illustres, &que atque obscurae, tam iucundum spirabant odorem, tamque suaviter redolebant, ut eas si quis consideraret, propius & quodammodo olfaceret, non nisi insignem sui contemptum, annihilationem, mortificationem, & profundissimam humilitatem cerneret, ac peisecisceret. In quo generosam declarauit animi constantiam, atque ob eandem pro eo ac sexus ferebat, maiorem meruit admirationem.

Nullam vero admirationem includit, nec nouum est vel insolitum, virum aliquem generosum, fortem ac magnanimum videre, cum natura & conditio sexus eo inclinent, sed contra naturam esse iudices, ac veluti prodigij speciem, puellam aliquam magnanimam esse, primam illam in certamine apparere, generosos animos praefere, virtutis testimonia dare, & crudelissimis tyrannis ac militibus maxime sanguinolentis insigni quadam constantia intrepide insultare, puellam inquam, cui natura simul & sexus audaciam ac fortitudinem denegarunt, nam sexus hic fragilis est quam maxime, & omni in re, & periculo etiam minimo pusillanimis, nihil magni aut ardui moliri ausus. Quod denotare haud dubie Iob Propheta voluit, dum hominum arrogantiam deprefsurus, & originalem naturalemque illis fragilitatem ostensurus, ipsorum ex utero muliebri exitum, velut primam imbecillitatis notam; pro reliquis ob oculos posuit dicens: *Homo natus de muliere, breui viuens tempore, &c.*

Iob. 14.

Nihilominus sancta Catharina robore

quosam eminenti excelluit, ipsumque tum re ipsa patefecit, cum Alexandria in medio idolis immolantium coetus inuolans, ipsos acerrime coarguit, de Dei sui honore nimium quanta sollicita, atque illius cultum ardentissime zelata; quibus illud Prophetae repetijt: *Confundantur omnes qui adorant sculpsit, & qui gloriantur in simulacris suis.* Nec vero Marcium Regem idololatrarum principem reuerita est, quin ipsum ante alios aggressa, hac illum audacter oratione compellauit: *Omnes Dii Gentium daemonia. Dominus autem caelos fecit.*

Cum Philosophis vero disceptans, eorumque rationes & argumenta dissoluens, ingenij quadam viuacitate & profunditate, quia etiam doctrina singulari & rara quadam eloquentia, ad oculum illis ostendebat fieri minime posse, ut idola ac simulacra, hominum concinnata manibus, & constata industria, vera sint numina; cum Deus optimus maximus, rerum omnium prima & vniuersalis sit causa; ac proinde plane impossibile esse, ut is ipse ab alio quoquam progignatur, formetur, ac producat, exordium aliquod habiturus. Et tametsi in SS. Trinitate Filius a Patre procedat ac descendat, non id tamen per modum effectus fieri, & quasi ab illo causaretur, sed velut gigneretur: sic etiam Spiritum sanctum a Patre simul & Filio, veluti spiratum, procedere. Atque inde sequi, Patri filium aeternitate parem esse, & ambobus Spiritum sanctum, quod insigni quadam ratione illos edocebat.

Deinde oculum illos, & cogitationes alius attollere iubens, a rebus naturalibus & quae quotidie ad oculum & vsu ipso cernimus, argumenta depromebat. Solem enim, lunam, & astra dici simul & noctis faculas & illustria connexorum illorum hyanthiorum ornamenta ostendens, atque inde ad elementa descendens, & omnia totius vniuersi membra seriatim deducens, euidenter hinc argumento elicit, non nisi vnum esse Deum, primam horum omnium auctorem ac motorem, credendum stabiliendumque in orbe asserbat. Neque enim ab homine posse

Rationes quibus S. Catharina idolorum falsitatem ostendit.

Veritas vniuersi Dei asseritur.



ne posse illa produci, etiam maximo, scientissimo ac potentissimo; tum ob immensam ab hac terræ superficie, in qua degimus, distantiam, quo enim modo quis artifex mortalis tam altum ascendat, & in firmamentum penetret ad stellas eidem eo quo sunt ordine ac magnitudine inferendas? tum vero ob perfectionem operis & elegantiam, qui enim quis fieri credat, ut homo (qui non nisi ægre & cum labore candelulam ad horam vix quadrantem arsuram accendere potest) solem, faciem illam orbis semper ardentem, & hæcenus à tot annorum millibus ab orbe condito, inconsumpto lumine & flamma colloquentem, considerit, adiuenerit, cæloque suo insererit? tum denique ob continuam ipsorum stabilitatem, constantiam, durationem, & inconsumptibilem in esse suo perseverantiam? quomodo enim homo mortalis, qui ex se adeo fragilis, fugax & vmbra instar evanescens, non nisi triduo (ut proverbialiter loquar) victitans, & qui non nisi rarissime ac summa cum molestia ad sæculum unum vitam extendere potest; qui denique inconstans est ac durare nequit; tantum dederit temporis ac durationis omnibus in rerum natura, jam à quinque annorum millibus, rebus existentibus, uti in totius universi serie atque ordine colligere est?

Effectus scilicet per causam posterior.

Tertio, Philosophicum etiam telum in eos detorsit, hoc librans argumentum: Fieri omnino nequit effectum aliquem causa sua esse priorem, ipsamque præcedere: in scholis quippe vestris velut certissimum traditis (uti & reuera verissimum est) causam effectui priorem esse, effectum vero causam posteriorem. Pro explorato autem est, quæ vos adoratis numina, cum tempore cœpisse, in tempore etiam vixisse, vna cum tempore elapso evanuisse, utpote qui non secus ac vos mortales fuerunt; cælum vero, & quidquid illorum ambitu & conuexo comprehenditur, jam inde à mundi inæunabulis productum est: fieri ergo nequit hoc ipsum ab homine aut vlla quapiam creatura conditum esse; causa alioquin effectui foret posterior, & effectus causa prior, nobilior, veterior, eamque antecedens.

Bessai tom 3. de Sanctis.

Quarto, denique hoc argumentum adbo Idolorum minem efformavit, ipsosque Philosophos hoc falsitas de ipso petijt, diceas: Numina vestra, cum nuncularatur, vero sunt plurima & quantitate distincta, ut Iupiter, Mars, Mercurius, Iuno, Venus, &c. distinctas etiam & plures habent voluntates, ac proinde inter se dissentaneas, discrepantes, nec vniformes: hinc quod vni placet, alij displicet. quæ cum ita sint, quodammodo sub differentium inter sese & variorum in voluntate capitum directione ac regimine mundi subsistet machina? quomodo cœli equali motu ferentur, & Planetarum cursus æquabiles erunt, atque orbis omnes ad numerum certoque ordine ac mensura dirigentur? Hoc ut fiat, absurdum est, ficta hæc sunt numina, inanis diuinitas, quin potius blasphemiarum horrendarum intolerabiles.

Quapropter, o viri magni, & docti Philosophi, S. Catharinæ cultores ac mystæ, qui his in erroribus jacetis, qui falsitatem hanc acriter propugnatis, qui huiusmodi in ignorantia caliginis versamini, qui veritatis in scopum nondum collincastris; jam tandem, obsecro, velut ab oculis tollite, corda oculosque recludite, & videte non nisi vnum esse Deum, rerum omnium conditorem, cui soli omnis honor, & gloria debetur, vnum inquam essentia & natura sed personis trinum. Hi ergo Philosophi, totius Ægypti stros & decus, & velut regni oracula, cum veritatis violentiæ resistere amplius non possent, & ad respondendum virginis hisce argumentis verba non supererent; genu flexo, & Virgini honorem exhibentes, Iesum Christum adorarunt, eiusque Evangelio colla submiserunt. Rex igitur ira cœcitus, & horum Philosophorum conuersione, simul & illata idolis omnibus contumelia irritatus, sanctam hanc virginem in carcerem abripi iubet, acerbissimisque supplicijs & mortandem addicit, quæ illi sententia immarcescibilem gloriosissimi martyrij coronam comparauit.

Occurrentem rei huius occasione, quoad martyrium, quæstionem hic solutam necesse est. Difficultas igitur est, cur, cum ex legum præscripto, & legislatorum decretis, à testimonio dicuntur pueri & femina arceantur,

A a a a

nee

nec vulgo ad testandum admittantur, ac perfectim in rebus ad maritum & patrem spectantibus: cur inquam magnus ille Deus puellas teneras, sexus adeo fragilis & inconstantis, de fide testimoniū ferre ac dare permiserit: mar-

Cur teneras tyrum enim Græce tantum valet ac testis. Quo-  
virgines de modo enim deceat virgines iuenculas, ad-  
fide testari uersus tyrannos atrocissimos, de re adeo ad-  
linat Deus. mirabili, Christiana inquam fide, testimoniū  
dicere? Ecqua illa iustitiæ ac juris forma foret? Egregia quidem hæc est quæstio, sed solutio eiusdem non minus elegans.

Dico igitur ob triplicem id rationem fieri, quarum singula consideratione dignæ sunt. Prima, ut suam hoc pacto Deus declararet potentiam: ut enim ad Corinthios loquitur Apostolus: *Infirmam mundi elegit Deus, ut confundat fortia.* Exemplo sunt Apostoli, obsecuti, ignoti, plebeij, viles piscatores, & e Iudeorum sece prognati: horum tamen est opera Deus vult ad potentissimos maximosq; orbis Reges & Imperatores subjugandos, mundumq; vniuersam sub diuinorum mandatorum jugum redigendum. Atq; ut loquitur Origenes, *Vult Dominus, qui prout vult, creaturas suas armatas producit, de locustis vincere gigantes.*

3. Cor. 1.

Origenes.

Exod. 8.

Is. 6.

1. Reg. 17.

Phil. 1.

Non narro fabulas, aut commenta poetica. An non enim in Exodo legimus, Deum ut Pharaonem debellaret præfractum, & vniuersum Egypti regnum dicto suo audiens redderet, ranas & muscas armasse velut iustitiæ suæ administras. Ut vero urbem Iericho, quæ vniuersum Israelitarum agmen contemnebat, ad terram dei ceret & euertet, solum tubarum & buccinarum sonitū adhibere statuit, quo audito ilico solo tenuis mœnia ac propugnacula euerfa sunt, tametsi Mauortia hæc instrumenta non nisi belli sint signa, & ad pugnam acuendam idonea. Videmus denique eundem, ad Goliadæ superbiam retundendam, qui vniuersa domui Saul, & tribubus Israeliticis simul omnibus nescio qua fronte insultabat, obscurum quendam ouium pastorem in aciem produxisse, qui funda ac lapidibus carneam illam molem solo deiecit.

Secunda, ut, quemadmodum testatur A-

postolus, *Omnes lingua confiteatur, quia Dominus Iesus Christus in gloria est Dei Patris:* id est, ut omnium ora ac lingua tam puerorum, adulescentium, virorum, quam senum Deus optimus maximus glorificetur ac celebretur; juxta illud Davidis vaticinium, *Iuuenes & virgines senes cum iunioribus laudent nomen Domini.* Hinc eum Apostoli in senectute sunt confessi, Innocentes martyres in pueritia & infantia, S. Laurentius ac Stephanus in iuuentute, S. Sebastianus, Cosmas & Damianus alijque permulti in virili ætate. Quapropter, ut ex omni ætate testimonium haberet, a fragili etiam sexu glorificari, & in ætate annique adolescentibus à virgunculis, sicut à sancta Catharina nostra duodeuicesimum agente annum nominis sui confessionem fieri voluit.

Phil. 1. 8.

Tertia, ut hac ratione magni illius Dei sapientiæ mirabilia, & quam illi creaturæ omnes debent obedientiam obstupesceremus, quæ sane semper tanta tamq; prompta fuit, ut quones de Dei creatoris honore & gloria ageretur, vniuersum semper, etiam minimas creaturas, ad eandem vindicandam armarit, juxta illam Sapientis sententiam, *Armabitur contra insensatos orbis vniuersum:* id est, omnes omnino creaturæ, quæ orbe toto continentur, prodibunt in aciem, ac quodammodo, ad honorem Omnipotentis Dei propugnandū, & quas illi insensati peccatores delictis suis inferent injurias viciferas armabuntur. Sic Passiois Dominicæ tempore, die inquam illa ferat ac funesta, qua Dei filius mortem pro peccatoribus oppetit, cum hanc impietate, & in supremam rerum creatorem hominum scelus vniuersitas rerum ferre non posset; ecce omnes omnino creaturæ illius partes tuendas suscipiunt: terra namq; tremuit, sol terro velamine radios abscondit, monumenta aperiantur, vniuersa terre superficies obscura inuoluitur caligine, ipsæ etiam petre indignantes quodammodo & concitatae distinguuntur mediæ.

Omnes creaturæ creatoris sui honorem tuentur.

Sap. 2.

Simili quoq; in re, cum Scribæ & Pharisæi, malitia cæci, atq; inuidia pleni, quadam aduersus Messiam horrendas blasphemias die contorquerent, & in virtute Beelzebub dia-

Zelus malitiosus cuiusdam pro honore Satolios uatoris.

bolos illum pellere calumniarentur; mulier quædam è turba hæc audiens, & honorem filij Dei nimio opere violari videns illius causam defendendam suscipiens, & innocentiam oppugnatam propugnans, alta per turbas voce exclamat, *Beneus venter qui te portauit, & vbera que suxisti.*

*Luc. 11.* Sic etiam, honorem suum nimium quantum ab impijs idololatriæ contaminari ac violari cernens Deus, octodecim annorum suscitauit puellam, nostram inquam Catharinam, quæ eius partes ageret, & magni Dei gloriã, simul & Euangelij fidem, morte sua testaretur ac defenderet. Puella igitur huius operam adhibere hic voluit, atque inde laudem nobis suo consciscere; vt quod olim cecinerat rex ille, verum esse comprobaret, *Ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem tuam, vt destruas inimicum & Sycoram.* Sensus est, Quanta tua est sapientia, Domine! perfectam ex ore paruulorum & vbera etiam nuntij suggestionem tibi asseruisti, vt hoc pacto aduersarium, ac non nisi de vltione cogitantem prosterneret, prostratumque penitus destrueret. Vt alios consulto taceam, proculdubio è tenera ætate, scientia, corde & ore pulchræ ac iuenculæ puellæ, Catharinæ scilicet, illustrem Deus gloriam, & infinitas laudes sibi comparauit.

*Indit. 11.* Si pluribus sanctæ huius Virginis laudes & perfectiones singulares prosequi velim, sine non haberet oratio; hoc vnum duntaxat addam: si Holofernes copiarum Assyriarum princeps, oculis & pulchritudine Iudithæ inspecta, eiusque audito sermone inefectus ac captus fuit, vt milites ac duces præ stupore extra se rapti ad inuicem dicerent, *Non est mulier talis super terram:* etiam verisimile fit, Maxentium tyrannum, eximia virginis huius venustate inspecta, & eloquentiæ illius audita vbertate & sua ueritate, animo simul & oculis captum fuisse, & omnes eius purpuratos ac Philosophos regni merito dicere, veluti extra se raptos, potuisse, simul è huic virgini nullam in orbe aut inspectam, aut vsquam auditam esse, *Non est filia talis super terram.*

In hoc ergo finem faciamus, auditores, hic cursum in hibeamus, & ore tacentes, cor au-

numque in sanctas ac sublimes meditationes libremus. Cogitare scilicet diuinum illius ingenium generosum eius animum, admirabilem constantiam, zelum incomparabilem, aliasque illustres sanctæ huius virginis virtutes ad annum aduocate, Christiani; proponite inquam eiusdem sanctitatem, illius in pompa sæculi humilitatem, in honoribus mundanis modestiam, & tantum opum contemptum atque abiectionem; perpendite illius pro honore diuino zelum, erga proximi salutem charitatem, ad idola subuertenda constantiam, denique inuictam in sexu fragili & imbecilli fortitudinem.

*Pro studio* Vos autem studiosi, Magistri artium, Philosophi, Doctores, omnesque a deo docti & facti. aperito capite, & ore de prædicabundo patronam vestram honoribus afficite, caput eius laurea redimite, in cathedris & in scholis, tam domi quam foris, in vrbe & rure, mentis illius viuacitatem, iudicij maturitatem, memoriæ præstantiam, animi generositatem, & voluntatis affectum extollite: quin & oratione tum vincita, tum soluta, in Vniuersitatibus vestris, & omnibus Collegiorum vestrorum angulis artium eius humaniorum puritatem, scientiæ profunditatem, studiorum laborem, ac doctrinæ illius fructum decantate.

*Pro puellis.* At vos puellæ ac virgines, filiæ familias, tam nobiles quam plebeæ, tam genere illustres, quam loco obscuræ, cuiuscumque demum conditionis ac status sitis, nolite transire, quin admiremini, & admirado æmulemini, & æmulando emolumentum vobis aliquod è vita moribusque prudentis ac cordatæ huius virginis cõparetis. Considerate scilicet, quod ipsa cum filia esset Regis, & omnigenis honoribus accumulata, tempus litteris addiscendis traduxerit ætatem iuuenilem ac puellarem artium simul & virtutum studio dedicavit, vt hac ratione aliquod Deo gratum ac beneplacens redderet obsequium. Perpendite, obsecro, illius in tanta venustate castitatem, in tanta generis claritudine humilitatem, singularem denique in tantis illicitis vanitatibusque modestiam. Dispiciate eiusdem in aulicis conuersationibus sapientiam, in familiaribus col-

loquijs prudentiam, actionum omni in loco integritatem, viri omnibus in statibus honestatem, animi in disputationibus pro veritatis defensione generositatem, deniq; insignem in tolerando anno ætatis 18. martyrio patientiam.

Tu autem beatissima virgo Catharina, sanctarum puellarum decus, martyrum gloria, prudentium Virginum miraculum, puritatis imago, honestatis symbolum, virtutis exemplum, scientiarum throne, magnanimorum speculum, sapientium stupor, Philosophorum magistra, studiosorum norma, Alexandria ornamentum, vniuersi decus, & Ecclesie spectaculum. Tu Regis filia in terra, Regis Regum in celo sponsa, puella genere & sanguine nobilis, sed virgine & bonis operibus nobilior: tu o fidelis fidei nostræ testis, religionis propugnatrix, Euangelij tutela, idolorum aduersaria, memento nostri, Vniuersitatibus esto propitia, tuos in collegia omnia influxus immitte, scientiæ & artes vt efflorescant præsta, studiosos tui studiosos honoribus auge, qui te velut vnicam caramque patronam reuerentur, & infinitas tibi quotidie benedictiones ac laudes offerunt, omnes pro viribus, suis in studijs, ac summa contentione tuam diligentiam studentes imitari, & in vitæ ratione tuas acquirere virtutes, atque inde perungere, vbi tu modo regnas in gloria, ad quam nos Pater, Filius, ac gloriosus Spiritus S. perducere dignetur.

Amen.

§(o)§



INFESTO S. ANDREÆ  
APOSTOLI.

Partitio.

1. De vocatione Diuina eiusq; in peccatore operatione.
2. De eius duplici diuisione.
3. De S. Andree singulari prerogatiua.
4. De eius ab aquis vocatione.
5. De crucifigione, & constantia in pœnis subeundis.

Ambulans Iesus iuxta mare Galilee vidit  
duos fratres, &c. Matth. 4.

FIGVRA.

Quemadmodum olim in veteri lege, vti Exod. 1. Exodi initio legere est, Deus ter maximus ex Ægypti aquis paruulum Moysen a matre expositum eduxit, vt eum deinde suum apud Reges legatum, in tribus Israeliticis vicariis, de ceterorum suorum legislatorem, & vniuersæ Synagogæ principem constitueret: sic hodie in optabili legis gratiæ tempore omnipotens eiusdem Dei filius, sed in hoc mundo incarnatus; ab aquis maris Tiberiadis, non minori miraculo piscatorem humilem, Andream nomine educit, eum vt deinde ad summum honorem euchar, verbi sui prædicatorem, mysteriorum suorum interpretem, Euangelij doctorem, passionis testem, deniq; de Ecclesie Principibus, vnum constituit. Hæc porro vocatio admirabilis est, cuius vt mirabilia singula commemorem, oculos ad cælos Deumq; conuertamus, vt inde subsidium deuocemus, simul ac Deiparam matrem obtestemur, suas vt ne denegat suppetias; hanc obrem cum Angelo eam omnes salutemus, dicentes,

AVE MARIA.

Certissimum, atq; exploratissimum est, & Amorem Dei experientia quotidiana notissimum, Dei erga hominibus humanum amorem in omnibus semines celebrat.

per.